Clamdeſtina matrimonia. id eſt ſine preſentia pluriū ydoneorum teſtiū ⁊ denunciatōne debi ta cōtracta ſub pena excommunicatōnis penit⁹ inhibeātur. Sub pena etiam excommunicatōnis ⁊ ſu ſpenſionis etiam ſacerdotibꝫ inhibetur. ne mulierem cu ius vir abſens eſt preſumāt alij matrimonialiter copula re donec certiſſime de morte viri per teſtes ydoneos con ſtet. ⁊ idem ſeruādum eſt circa virum cuius mulier ab ſens eſt. Huic etiam pene ille ſubijciendus eſt qui vxorem leproſi alicuius ipſo viuēte alij viro ⁊ illum etiā qui aliquos ante annos etatis legittime. id eſt anteq̄m vir decimū quartum ⁊ mulier duodecimum habeat abſ q; licentia epiſcopi ſpeciali preſumpſerit copulare.

Sacerdotibus etiam inhibetur ne aliquos niſi trina ammonitōne premiſſa in tribus diebus dominicis vel feſtiuis matrimonialiter iungere preſumant nec in gra du quē ius canonicum non concedit. hoc autem vltim eſt diſtrictius obſeruādum. Gradus autem conſan guinitatis doceant parrochianos ſuos ſacerdotes talit̄ ꝯputare. Fratres ſunt in p̄io gradu. filij duoꝝ frm̄ qui alicubi dicūtur cognati germani ſunt in ſecundo gradu

filij duoꝝ cognatorum ſunt in tercio gradu. hoꝝ autem
filij quos vulgus tercios cognatos appellat ſunt ī quar
to gradu. Inter iſtos non eſt matrimoniū legittimū ni/
ſi cum eis per ſedem apl'icam diſpēſet  Ubi notanduꝫ
ꝙ in quotto gradu ꝯſanguinitatis attinet michi aliquis
in eodem affinitatis gradu attinet mihi vxor eius vel q̄/
libet alia quam ipē carnaliter cognouit  Item notādū
ꝙ inter compatrē ⁊ commatrē ipſius. et inter patrinum
⁊ filiolam. vel inter filios carnales patrini ⁊ illam quam
ipē de ſacro fonte leuauit. vel etiam inter filios carnales
alicuius ⁊ illam quam ipēmet baptiſauit non eſt legitti/
mum ꝯnubium niſi ſummus pōtifex diſpēſauerit cuꝫ eiſ
dem.  Porro ſi in cōputatione graduum dubitatio
aliqua emerſerit ꝯſulere debent ſup̱ hoc ſacerdotes ep̄m
anteq̄ꝫ in matrimonio ꝯtrahendo vlterius procedatur.

Item ſub pena excōmunicationis ꝓhibere dn̄t ſacer/
dotes ne alter ꝯiugum ad religionē tranſeat niſi de licen
tia alterius ꝯiugis ⁊ auctoritate ꝓprij epi  In cōcilio
aūt lateranēſi ꝓhibetur ſub pena ſuſpēſionis ne aliquis
ꝓ benedictōne nubentium vel exequijs mortuorum vel
ꝓ alijs ſacramētis pecuniā extorquere preſumat vel fide
iuſſores exigat vel ꝓpter hoc ficticia impedimenta oppo/
nat. iuxta illud quod dicit dn̄s in euāgelio. Gratis acce
piſtis gratis date. Debent tn̄ a parrochianis quibꝫ im/
penſa ſunt ſacramenta pie conſuetudines obſeruari. et
ſunt per ep̄um compeſcēdi qui malicioſe nitūtur laudabi
lem ꝯſuetudinem īmutare  Non debet auteꝫ ſacerdos
aliquis in hmōi caſibꝫ ius dicere. ſed apud ſuperiorem
deponere querelā ⁊ libere ⁊ abſq̄ꝫ difficultate cōferre ec
cleſiaſtica ſacra  Itē mulieri ſcd̄o nubenti nulluſ ſacer
dos bn̄dictōem impendere dꝫ. quia cum in primo matri
monio fuerit benedicta non eſt benedictio iteranda. niſi

loci conſuetudo aliter obſeruaret. Item quādo ali quis de cōtrahendo matrimonio fidem dedit alicui mu lieri. nullatenus coniūgat eum ſacerdos matrimōialiter alij mulieri. etiam ſi primam nō cognouerit carnaliter ni ſi aliquod aliud eſſet euidens impedimētum canonicuꝫ inter primos propter quod nō poſſent legittime copula ri. Si autem de impedimēto an ſit legittimum dubiteṫ epūs conſulatur. Uerum quoniam ꝓpter teſtiuꝫ fal ſitatem contigit interdum vera ⁊ legittima connubia ille gittime ſeparari. cauendum eſt omnio ne cauſa diuortij coram aliquo ventilletur niſi coram epiſcopo vel coram alio de mandato eius ſpeciali Item preſbiteri pluri es in anno mulieres cōiugatas monere debēt in eccleſia ne vota faciāt abſqꝫ virorum ſuorum cōſenſu. et niſi de ſuorum cōſilio ſacerdotum. ab illis votis maxime preca uentes que poſſent inter ipās ⁊ viros ſuos diſcordiam ſeminare Capitulum octauum

# De ſacramento extreme vnctōnis

D ſacramētum extreme vnctionis moneāt po pulum ſacerdotes vt omnes tā diuites qꝫ pau peres ipſum quādo graui laborant infirmitate petant ⁊ deuote ſuſcipiant. quia ſicut dicit beatus Jaco bus apoſtolus. Per illud peccata venialia dimittuntṫ. ⁊ quandoqꝫ alleuiatur infirmus. quandoqꝫ etiam ad ve ram cordis contritōnem ⁊ ad eterni gaudij conſideratio nem per eam incitatur. Doceant autem populum ſa cerdotes hoc ſacramentum poſſe licite iterari in quacun qꝫ infirmitate de qua mortis periculum timeatur. ⁊ poſt

ſuſceptum licite ad opus cõiugale redire eum qui con/
ualuerit ab infirmitate   Illud autem diſtricte preſbi
teris eſt cauẽdum ne diacones ad audiendas infirmoꝝ
confeſſiones mittant cum ipi abſoluendi eos non habe/
ant poteſtatem . tamen abſente ſacerdote infirmum di/
aconus viſitare poteſt ⁊ ad veram cordis contritiõem in
ducere. ⁊ ſi in eo viderit vera penitentie ſigna ⁊ magnaꝫ
cõfitendi volũtatem ⁊ communicãdi ſi copiam ſacerdo/
tis haberet. poteſt ⁊ debet eum confortare ⁊ ſpem ſalutis
firmam dare non obſtãte abſentia ſacerdotis   Quam
citoautem ſacerdos venerit feſtinet infirmũ huiuſmodi
viſitare eius confeſſionẽ auditurus ⁊ ei ſacramẽtum do
minici corporis delaturus   Infirmum autem in extre/
mis laborãtem ⁊ digne penitẽtem ab omnibꝫ peccatis ⁊
excommunicationibꝫ abſoluat ſacerdos. ⁊ ei nullam pe/
nitentiam iniũgat. ſed dicat eidẽ ꝙ ſi de infirmitate con
ualuerit ad ſacerdotem feſtinet. ⁊ tunc ei penitẽtia cõpe/
tens iniũgatur. ⁊ ſi excommunicatus erat ad eum q̃ eum
excommunicauerat dirigatur. qui ſe illi vt iuri pareat re
preſentet. Quod vt faciat debet ab eo ſacerdos qui euꝫ in
extremis abſoluit ſufficiẽtem recipere cautõnem. Quod ſi
infirmus obierit excõicatus carebit eccīaſtica ſepultura.
licet penitẽs ſit donec per excommunicatorẽ ſuum abſol/
uatur. ⁊ tunc de mãdato ipius niſi aliud obſiſtat impedi/
mẽtum legittimum poterit in cimiterio ſepeliri.   Cum
autem anima multo precioſior ſit corpore ꝓuideat ſacer
dos ne aliquis medicorum vel aliqua mulier ſortilega
ꝓ corporali ſanitate aliquid parrochiano ſuo egroto cõ
ſulat quod in eius anime periculum conuertatur   Sa
cerdos vero audita morte parrochianorum ſuoruꝫ eos
ſtatim abſoluere debet dicendo pſalmum. De profun.

cum collecta. Inclina. ſi vir fuerit. vel cum collcã. Queſumus domine ſi mulier fuerit. Mulieres quoqz in ꝑtu mortue ſcindantur. ſi tamen infans viuere credatur

Capitulum nonum

# De negocijs et officijs clericorum

Ciant autem omnes ſacerdotes ꝙ innocentiꝰ tercius in concilio generali de vita ⁊ honeſtate clericorum ordinauit in hunc modum.

Clerici officia vel negocia ſecularia non exerceant inhoneſta. Nimis ioculatoribus ⁊ hiſtrionibus non intendant ⁊ tabernas prorſus euitent. niſi forte cauſa neceſſitatis in itinere cõſtituti. Ad aleas nõ ludant vel taxillos nec huiuſmodi ludis interſint. Coronam ⁊ tonſuraz habeant congruentem. ⁊ ſe in officijs eccleſiaſticis et alijs bonis ſtudijs exerceant diligẽter. Qui ſi beneficiati ſũt aut in ſacris ordinibus conſtituti clauſa deferant deſup indumenta. nimia breuitate vel longitudine non notãda. Pannis rubeis aut viridibus necnon manicis aut ſotularibus conſuticijs. aut roſtratis. frenis. ſellis. pectoralibus. calcaribus deauratis. vel aliam ſuperfluitatem vel vanitatem habentibus non vtantur. neqz cappis manicatis infra eccleſiam. ſed nec extra q̃ ii ſunt ĩ ſacerdotio aut in perſonatibus conſtituti. Cultellum cum cuſpide non deferant. nec comam nutriant niſi iuſti cã timoris. fibulas vel corrigias. auri vel argenti ornatum habentes non ferant. ſed nec anulos niſi quibus competit ex officio dignitatis. nec cuphias lineas.

Porro negocia ſecularia ſicut dicit concilium magū
tinum ſunt munera iniuſta accipere vel dare. Contentio
nes. lites. rixas amare. in placitis ſecularibus diſputare
excepta defenſione orphanorum vel viduarum. Turpiſ
facti vel verbi eſſe ioculatorem. vel iocum ſecularez dili/
gere. In delicijs velle viuere. gulam ⁊ ebrietatem ſequi
pondera iniuſta vel menſuras habere. canes vel aues ſe/
qui ad venādum. ⁊ omnibus quibuſlibet cauſis ſuperflu
is intereſſe. Quod ⁊ his ſimilia miniſtris altaris inter/
dicimus. De quibus ad Thimotheum ait apoſtolus.
Nemo militans deo implicat ſe negocijs ſecularibus vt
ei ſeruiat cui ſe probauit Sub pena ſuſpenſionis offi
cij ⁊ beneficij omnibus ſacerdotibꝫ ⁊ clericis ī ſacris or/
dinibus cōſtitutis inhibetur. ne aliqua occaſione vel ne
ceſſitate in domo ſua vel alibi teneant vel habeant muli/
erem. aut frequentēt locum in quo ipſa manet de q̄ poſ/
ſit ſiniſtra ſuſpitio ſuboriri vnde populus ſcandaliſetur
Incumbit autem archidiaconis ⁊ archipreſbiteris
⁊ decanis ruralibus vt tales ep̄is denuncient vel accuſēt
vt animarum ſtrages quam ipſi faciunt ⁊ facto et ſcāda
lo per eorum ꝓuidētiam euitetur Item indicit ſupra
dictus innocentius tercius in cōcilio generali. Caſte vi
uere ſtudeāt vniuerſi preſbiteri in ſacris ordinibus con
ſtituti. ⁊ ab omnī libidinis vicio precauentes maxime il
lo propter quod venit ira dei in filios diffidentie. qua/
tenus in conſpectu omnipotētis dei puro corde ⁊ mun/
do corde valeant miniſtrare. Si quis tamen hac de
cā ſuſpenſus pbr̄ celebrare diuina p̄ſumpſit non ſolū ec
cleſiaſticis beneficijs ſpolietur. verum etiam pro duplici
culpa perpetuo deponatur. Si quis vero concubine
ſue publice que propter fornicationem quam cum ipſo

commiſit excommunicata eſt. auſus fuerit carnaliter cō
miſceri. ipō iure eſt excommunicatōnis vinculo irretitꝰ
Unde gregorius papa nonus. Si cōcubine publice cle
ricorum ecclīaſtice cenſure diſtrictōne notētur. eoſdē cō/
cubinarios non eſt dubium ſentētia maioris excommu
nicationis inuolui qui poſt latam ſniam communicāt in
eodem crimine criminoſis. Et ſciendum eſt ꝙ ſi in
iſta vel qualibet alia maioris excommunicatōnis ſenten
tia clerici ordines ſuſceperit. vel in ſuſceptis ſacris ordi/
nibus miniſtrauerint irregularitatem incurrerunt ſupra
quam non niſi per ſedem apoſtolicam poterit diſpenſari.
Laborare debent etiam ꝓ viribꝫ ſacerdotes ne clerici
aliqui vel laici publice habeāt in ſuis parrochijs concu
binas. ⁊ ſi poſt trinam ammonitōem habuerint tam ipe
ꝗꝫ ipſa ab ingreſſu eccleſie donec dimiſerint arceantur.
Nullus clericus debet dictare vel ſcribere aut ꝓnū/
ciare ſententiā ſanguīs vel lr̄as ꝓ vindicta ſanguīs dſti
nandas. Exercere nec vbi exerceantur intereſſe nec do
mum ſuſpectā niſi cum grauibꝫ perſonis ⁊ famoſis intra
re Item nullus ſacerdos habere debet curam duarū
eccīarum quarum vtraqꝫ ſufficit competēter. niſi vna de
pendeat ab altera. ⁊ niſi de diſpenſatōne ſedis apoſtolice
ſpeciali. Nullus etiam ſacerdos habens curam animarū
debet eſſe vicarius in parrochia aliena. Item ſacerdo
tes vicarijs alterius dioceſis indigentes anteqꝫ eos ad
officium ſacerdotale admittant licentiam ab epō obtīe/
re debent. qui niſi literas teſtimoniales epiſcopi ſui exhi
beant non debent admitti. Officium diuinum pari/
ter ⁊ nocturnum dicere debent ſacerdotes diſtincte aper
te in quātum dominus dederit ⁊ deuote ſcd̄m vſum ec
cleſie cathedralis. ⁊ etiam clerici in ſacris ordinibus con

ſtituti quod etiam ad illos extēditur qui ſunt in minori/
bus ordinibus conſtituti ſi ſint intitulati. Item dicit
innocentius tercius in cōcilio generali. Eccleſiarū que/
ſtores quorum quidam abuſiones nonnullas in ſua pre
dicatione ꝓponunt. ⁊ interdum errores. admitti niſi per
apoſtolicas. vel dioceſani non preteriti ſed preſentis lite
ras veras exhibeant ꝓhibemus. ⁊ tunc preter id quod in
ipſ continebitur litteris nichil populo proponere ꝑmit/
tantur. ſed indulgentiam ſi quam forte habent abſqꝫ pre
dicatione aliqua breuiter exponere vel per illius loci pre
ſbiterum ſi queſtor ad alias eccleſias ire voluerit pote/
rit indulgentia vera ⁊ elemoſina colligi. Quam ſi forte
ſacerdos collegerit abſqꝫ diminutōne queſtori reſtitu/
at. ne a ſummo iudice furti iudicio condemnetur. nec pe
tat aliquid pro labore. ſed ſit dominus merces eius.

Item queſtores non ſunt permittēdi miſſas ſuper
archas celebrare quorum etiam litteras inſpicere debēt
ſacerdotes ſtudioſe ne in ipſis aut ī ſigillo aliqua ſit fal/
ſitas ſubornata. et ſi inuenta fuerit non eſt recipiendus
queſtor ſed falſitas huiuſmodi epiſcopo eſt intimanda.
vel potius ei falſa littera deſtinanda Item ſacerdotes
niſi velint queſtoribꝫ neceſſaria non tenētur miniſtrare.
niſi epiſcopus expreſſe in litteris ſuis hoc mādaret. At/
tendere debent inſuper attentiſſime ſacerdotes ne predi/
cationes clamdeſtine fiant in parrochijs eorūdem. hoc
enim reprobat dominus in euangelio dicens. Ego pa/
lam locutus ſum mundo ⁊ in occulto locutus ſum nihil
quas ſi forte qđ deꝰ auertat in ꝑrochia ſua īuenerit labo
rare debet pro viribus quantotius extirpare et nichilo/
minus epiſcopo nunciare. facti tamē deo auctore forma
gregis per ſanctam conuerſatōnem ipſi preſbiteri incura

ri ſancte predicatõni in eccleſijs ſuis inſiſtant ꝓ viribus vt ſic ⁊ verbo predicent ⁊ exemplo. Alioquin vltionem diuinam debent admodum formidare. Ait enim domi/nus ad ezechielem prophetã. Fili hominis ſpeculatorez dedi te domui iſrahel. Audiens ergo ex ore meo ſermo/nem annunciabis ex me. Si me dicente ad impiũ mor/te morieris ⁊ non fueris locutus vt ſe cuſtodiat impius a via ſua·ipſe impius in iniquitate ſua morietur. ſangui nem autem eius de manu tua requiram. Si autem ãnũ ciante me ad impium vt a vijs ſuis conuertatur non fue rit conuerſus a malicia ſua ipſe in iniquitate ſua morie/tur. porro tu animam tuam liberaſti

Capitulum decimum

# De immunitate eccleſiarũ ⁊ rerũ ad eas pertinẽtiuz

Vpellectilia ſacerdotum ⁊ etiam aliorum. aut dolia vel carnes aut horrea vel arche niſi ad te nendos libros vel pannos aut veſtes eccĩe mi/nime in eccleſijs admitti debent niſi ꝓpter hoſtiles incur ſus aut incẽdia repentina ſeu ꝓpter alias neceſſitates vr gentes. quibus ceſſantibꝯ res in loco priſtino reponẽde ſunt Item non ſunt habendi in eccleſijs matricularij ita ꝙ poſſint iure hereditario officium hmõi poſtulare. Item nullus in cimiterio debet edificare nec domoſ dirutas edificari iterum eſt permittẽdum Itez labo/rare debent ſacerdotes pro viribus ne in cimiterijs vel eccleſijs choree ducantur. quia ſicut dicit beatus augu/ſtinus. Melius eſt in diebus dominicis arare ⁊ fodere ꝙ̃ choreas ducere Illud autem tanꝙ̃ venenum ſimo

niace prauitatis eſt omnino cauendū. ne illi quibꝫ eccl̄ie conferūtur eas cum noui cenſus impoſitione aut veteris augmentatōne vel qualibet diminutōe iuris capellanie ſuſcipiant ſed in priſtina libertate. Sacerdotes quoqꝫ omnes eccl̄ie ſue redditus in miſſalibꝫ ſuis ſcribere debent. Item nullus res eccleſie ſibi commiſſe mobiles aut immobiles alienare debet. ſed ſi ſunt aliqua alienata in quātum fieri poterit debet reuocare Nullus etiā reſignare debet eccleſie ſue niſi in manu epiſcopi Itē curare debent eccleſiarum rectores ne modum nouuꝫ repetendi decimas. primitias. oblationes. procurationes. vel alia eccleſie iura inueniāt. vel laicis imponant abſqꝫ licentia epiſcopi vel mandato. ſed modus in parrochia p̄batus ꝛ viſitatus a ſingulis in ſuis parrochijs obſeruandus eſt. Item ſinguli ſacerdotes ſigillum habere debent cum quo ſigillent. vt de citationibus ꝛ ammonitionibus ꝛ alijs per eos factis nequeat dubitari

Capitulum vndecimum.

# De obſeruatōne ieiunioꝝ.

Acerdotes populū inducere debent vt omnes etatem habentes legitima obſeruēt ieiunia pro ſuis viribus ab eccleſia inſtituta. Sicut eſt ieiunium quadrageſime ꝛ quatuor temporuꝫ ꝛ vigilia natalis domini. ſancti iohannis baptiſte. ſancti laurētij. aſſumptōnis beate marie. oīm ſanctoꝝ ꝛ aploꝝ maxime illorum qui in his v̄ſibꝫ ꝯiūctur. Petrꝰ et andreas iacobꝫ cum ſimone iudas. Ut ieiunemꝰ nos āmonet atqꝫ matheus. Ab hoc ieiunio excipitur vigilia beati iohānis euangeliſte. qui infra natale dn̄i eſt. ꝛ philippi ꝛ iacobi qui infra ſolennitatem paſchalem accidit.

Eſt etiam commendabile ⁊ ſalubre in aduentu domini.
ieiunare illis quibus dominus dederit volūtatem et fa
cultatem. Sanctorum quoqꝫ vigilie quorū feſtiuitates
in feria ſecunda accidūt. ſunt non in die dominico ſed in
precedenti ſabbato ieiunāde Monere debent etiā ſa/
cerdotes parrochianos ſuos non tamen compellere vt
laudabilem cōſuetudinem quarūdam dioceſum imitan
tes in quarta feria ⁊ ſabbato niſi in neceſſitate vrgēti vł
in ſolennitatibꝫ precipuis ab eſu carnium abſtineant et
etiam in aduētu. Illi quoqꝫ qui nec voto nec regula
ri abſtinētia ſunt aſtricti in ſexta feria ſi in ea natalis do/
mini euenerit carnibꝫ veſci poſſūt Si quis autem do
minica prima quadrageſime carnes oua vel lacticinia co
medere preſumpſerit qđ quidam ſortilegi in anime ſue
periculum facere referuntur durius corrigantur

Capitulum duodecimum

## De feſtiuitatibus

Solennitates obſeruande ſunt iſte videlicꝫ na
talis domi̅ cum tota ebdomada. circumciſiōis
⁊ epiphania ipſius. Item feſtiuitas annuncia/
tionis beate marie ſemper virginis. Item feſtum inuen
tionis ⁊ exaltatōnis ſancte crucis. ⁊ ſanctum paſca cum
duobus ſequētibus diebus. Aſceſio domini. Dies pē
thecoſtes ⁊ duo dies ſequētes. Feſtum ſancti iohanniſ
baptiſte. ⁊ omnium apoſtolorū. Sancti laurentij. San
cti michaelis. Omnium ſanctorū. Sancti martini. Fe/
ſtum patroni ecc̄le ⁊ dedicatōnis ipſius. Et omnes dies
domi̅ci. De aduētu autem domini ſciendum. ꝙ ſem
per prima eiuſ dn̄ica eſt illa que ꝓxima eſt feſto ſancti an
dree apl̄i. ſiue ante ſiue poſt ſiue in ipſo eiuſdeꝫ apoſtoli

feſto dominica euenerit. Unde verſus. Andree feſto vi
cinior ordine quouis Aduentum dñi prima colit feria.
Si cadit in lucem dñi celebratur ibidem. Cap. xiij

## De biſexto

Ciendum etiam eſt ꝙ in anno biſextili compu
tantur ſuper. vi. kaleñ. marcij vbi eſt littera. f.
duo dies. ⁊ in vltimo celebratur feſtum ſancti
mathie apoſtoli. Unde verſus. Biſextum ſexte martis
tenuere kalende. Poſteriori die celebrantur feſta ma/
thie Capitulum decimūquartuꝫ

## De die paſce

E die paſce ſciendum eſt ꝙ ſemper celebratur
in dominica tercia lunationis illius que prio oc/
currit noua poſt nonas marcij. Unde verſus.
Poſt martis nonas lune primordia queras. Cuius lux
terna domini prebet tibi paſca. prebet inquaꝫ ſiue ſit an
nus biſextilis ſiue non. Tercia vero lux domini dicitur
hic tercia dies dominica predicte lunationis que ſcilicꝫ
occurrit de nouo poſt predictas marcij nonas Si añt
vis ſcire vtrum p̄ſens annus ſit biſextilis an nō. diuide
annos ab incarnatione domiñ per quaternarios. quibꝰ di
uiſis ſi nichil remanet indiuiſum noueris annum pñteꝫ
eſſe biſextilem Alioquin totus eſt annus poſt biſextum
quot anni remanēt ſiue ſit vnus ſiue plures. Unde ver/
ſus. Si per bis binos domini diuiſeris ānos. Qui fue
rint ſupra biſexti ſint tibi ſumma. Quem nihil inuento
plus nec minus eſſe memēto Et nota ꝙ de mille du/
entis ſexaginta annis diuiſis per quatuor nihil remanꝫ
diuidēdum. Unde anni qui extūc ſunt vſqꝫ ad annum

preſentem ſupſunt. ſolummodo diuidantur ⁊ clareſcet vtrum pñs annus ſit biſextalis     Capm decimũquintũ

# De ieiuniys quatuor temporum

De ieiunijs quatuor tempoꝝ tenendum eſt ꝙ canonice celebrantur in quarta feria. que occurrit prima poſt exaltationem ſancte crucis. poſt feſtum ſancte lucie. ⁊ poſt dies cinerum. ⁊ poſt diem penthecoſtes. Unde verſus. Uult crux lucia cineres cariſmata dya. Ut det vota pia quarta ſequens feria. Ex hiis perpendit ꝙ ſi duo feſta mẽorata. ſ. ſcẽ crucis ⁊ ſcẽ lucie feria quarta euenerint non in ipa ſed in ſeqnti quarta feria ſunt ieiunia celebrãda.     Capm ſedecimum.

# De ſentẽtia excõicationis

Abſqȝ literis non debent credere ſacerdotes ſuper excommunicatõnibꝫ ferendis vel abſolutionibus faciẽdis. Sentẽtias vero ab epo vel ab officiali ſuo vel a iudicibus a ſede apoſtolica tranſmiſſas audaciter ferre debent ⁊ latas diſtricte ſeruare. non parcentes timore alicui vel amore. cum compaſſione tamen eas denuncient. nõ tanqȝ malicioſi ⁊ emuli ſed vt pres. Illi aũt q excoĩcatõiſ ferũt ſniaȝ diligẽter attẽdãt illᵭ qᵭ dicit inno. terciꝰ in ꝯci. generali. Sacro approbãte ꝯci. ꝓhibemꝰ ne qs in aliquẽ excoĩcatõnis ſniaȝ niſi competẽti ammonitione premiſſa ⁊ pſonis ydoneis pñtibꝫ ꝑ qs ſi neceſſe fuerit poſſit ꝓbari monitõ ꝓmulgare pſumat. qᵭ ſi ꝯtra pſumpſit etiam ſi iuſta fuerit excõmunicatõis cauſa ingreſſum eccleſie per menſem vnum ſibi nouerit

interdictum. De hoc etiam dicit innocentius quartus.
Quiſquis excommunicat in ſcriptis ꝓferat ⁊ cauſam ex
preſſe cōſcribat, ꝓpter quam excommunicatō ꝓferatur
Exemplum vero huius ſcripture tenet̄ excōmunicator
tradere infra mēſem excommunicato ſi fuerit requiſitus
ſuper qua requiſitōne fieri volumus publica inſtrumēta
vel litteras teſtimoniales cōfici ſigillo auctentico ſigilla
tas. Si quis autem iudicium huius cōſtitutōnis teme-
rarius violator exiſtat. per mēſem vnum ab ingreſſu ec-
cleſie ac diuinis nouerit ſe ſuſpēſum. et hec eadem in ſu
ſpenſionis ⁊ interdicti ſentētijs volumus obſeruari
Caueāt autem eccleſiarum prelati ⁊ iudices vniuerſi ne
predictam ſuſpēſionis ſentētiam incurrāt. quoniam ſi cō
tigerit eos ſic ſuſpēſos diuina officia exequi vt prius ir-
regularitatem non effugiēt. ſuper qua cum eis non niſi
per ſummum pontificem non poterit diſpēſari. Ut
autem penam predictā parrochiales ſacerdotes poſſint
euadere ⁊ ne propter ſuſpenſionem ⁊ irregularitatem ſu
perius memoratas quas incaute excōmunicādo poſſent
incurrere diuine laudis organa ſuſpendantur. Cauere
debent ſollicite ne aliquam ſentētiam ꝓferant generalē
vel ſpecialem. niſi cum magna deliberatōne. ⁊ in caſu in
quo liceat ſm̄ formam debitam Demum vniuerſos
⁊ ſingulos preſbiteros in domino deprecamur quate-
nus elemoſinas et iura pauperum. et leproſorum. vidu
arum. et orphanorum. et aliarum miſerabilium perſo-
narum conētur pietatis intuitu in parrochijs ſuis pro
viribus promouere. Exemplo beati Silueſtri pape. de
quo in vita ſua legitur in hec verba. Nulla inops vidua
nullus orphanus indigens in tota vrbe romana poterat
inueniri cuiꝰ nomē in ſua matricula n̄ heret conſcriptum.

Sacerdotes autem ⁊ clerici curam animaꝝ hn̄tes
tanto dn̄t omnia ſeruare ſupradicta diſtrictius quan-
to ex omiſſione alicuius non ſolum dei offenſam. ſed eti-
am ꝓpter hoc penam grauem infligēdam a ſuis prelatis
poſſint non immerito formidare Explicit manuale
parrochialium ſacerdotum actū Anno dn̄i. M.cclv

# Sequitur de allocutiōe

ſacerdotis ⁊ muti in inductione ad ꝯfitendum. Debet
enim ſacerdos ꝓponere de dilectōne dei patris quomō
miſit filium ſuum ꝓpter pctōres in mundum. ⁊ charita-
te xp̄i qualiter pro peccatoribꝫ redimendis mortuus eſt
Spinis coronatus. lancea pforatus. manibus ⁊ pedibꝫ
clauis affixus. Cum omnibꝫ diues eſſet ꝑ nobis paup
factus eſt vt nos inde ditaremur. Confiteatur vt mors
xp̄i ſibi proſit Item xp̄s non venit ꝓpter iuſtos ſed ꝓ
pter peccatores. Item nolo mortem peccatoris ſꝫ vt ma
gis ꝯuertatur ⁊ viuat. Item ſi confiteatur g au ium fa-
cit angelis dei. Item cōfortet eum negatio petri. perſecu
tio pauli. peccatū magdalene. cōfeſſio latronis. adulteri-
um dauid. Qui tamen omēs ꝗuis grauiter peccauerit
veniam per penitētiam obtinuerunt. facta confeſſione ſa
cerdos debet inducere penitētem ad tria. Primo vt fir-
miter ꝓponat abſq; iuramento vel voto vt decetero ab-
ſtineat a peccato mortali. ⁊ ab his que confeſſus eſt ⁊ ꝓn
cipaliter de luxuria. Secundo vt omnem rancorem di-
mittat ſi habet. Tercio vt ſi habet aliquid de alieno vel
iniuriam fecerit alicui ꝗcitius poterit ꝑ poſſe ſuo ſatiſfa
ciat. ⁊ ſi aliquid facere noluerit non debet ei dare peni-
tentiam. ſed potius innoteſcere vt non communicet. et
ꝙ ſi ſic moreretur damnaretur. Conſilium tamen poteſt

ei dare vt non ceſſet a bonis operibus. vt dominus det ei cor melius penitēs. Si vero iſta tria vult facere deb attendere vtrum ſit in excommunicatōne vel nō. Si ſit in excommunicatōne ⁊ ad eum non pertinet. ad eū mittat cui pertinet. Si vero poſſit abſoluere abſoluat cū diſciplina ⁊ pſalmo Miſerere. Si vero minori excommunicatione ſolo verbo abſoluat. et dicat. Miſereatur tui deus ⁊c. Quibus factis debet penitentiā iniungere quā poſſit portare. Si eum inuenit in aliquo peccato quod pertineat ad epiſcopum mittat illuc

## Caſus ſeruādi epiſcopo

ſunt iſti. Incendiarij. De votis fractis. Iniectōnes manuum in parentes. Homicide. Mulieres necantes pueros vel aborſum ꝓcurantes. De monialibus ſtuprum Inceſtus de parentela vel conſanguinea vel affini. periurij peccatum. peccatum contra naturam. Sacrilegium Sortilegium. cum brutis

Iſti caſus ſeruandi ſunt pape
Ad papam clerum feriens falſarius vrens.
Eccleſiā. ſimon audēs celebrare ligatus